

debere. Coram Venerabili in christo patre, domino. R[omualdo] Barensi Archiepiscopo, et discreto viro domino. P[iscop]o Thesaurario beati nicolai de Baro, super predictis per sedem Apostolicam Iudicibus delegatis. nec non, et dompno Episcopo Archipresbitero Aquevive, subdelegato Iudice a predicto domino Barensi Archiepiscopo in predictis. Tandem dicte partes volentes parcere laboribus et expensis, timentes subire etiam Iudicium, quod plerumque dignoscitur litigationibus manciā terminis preparare. litis etiam incertum considerantes eventum et dubia fata causarum, nec non pensantes quod longe utilius est, pro utraque ecclesia, quod dicta controversia, proborum virorum committeretur arbitrio, quoniam quod lure ordinario, et suo marte discurreret diligenti deliberatione perhabita. Dictus dominus Archiepiscopus pro se, et maiori tranensi. ecclesia. et dyaconus stephanus yconomus, seu procurator capituli dicte tranensis ecclesie, ab eodem Capitulo legitime constitutus, ut nobis predictis Iudicibus notariis, et testibus legitime constitit, nomine et pro parte dicti capituli, et eiusdem ecclesie, ex una parte. Et Abbas Iohannes de roma Archipresbiter maioris barolitane ecclesie, pro se, et ecclesia sua, et dompnus Francus de Manfredonia, canonicus dicte maioris barolitane ecclesie, yconomus seu procurator capituli dicte ecclesie, ab eodem capitulo legitime ordinatus, ut nobis similiter constitit, nomine, et pro parte dicti capituli, et dicte ecclesie ex alia. tam super dictis litibus, questionibus. seu controversiis, quam dependentibus et emergentibus, ex eisdem, nec non de omnibus offensis, culpis et iniuriis quibuscumque, (*c'è una cancellatura*) persone ecclesiastice seu seculari per quamcumque personam, ac modo quocumque, commissis, seu patritis, hinc, inde. ratione, seu occasione, questionum, et altercationum ipsarum, in hoc compromisso expressis, vel non. adistente dicto domino Archipresbitero, et dicto dyacono stephano yconomo seu procuratore capituli dicte tranensis